„Erste-Hilfe-Paket“ zu Ovid, ‚Echo’ (*Met*. 3,353-399)

(Es handelt sich hierbei um den Originaltext, jedoch wurden jene Textelemente in den Hintergrund gerückt, die für ein erstes Textverständnis nicht unbedingt nötig sind. In einem ersten Durchgang kann man sich also auf die hervorgehobenen Teile stützen, während danach versucht werden sollte, die restlichen Elemente einzufügen.
In den Kästen sind die Sätze in **Satzanalyse** dargestellt: Hauptsätze stehen immer ganz links, Nebensätze ersten Grades werden eine Stufe eingerückt, Nebensätze zweiten Grades zwei Stufen usw.)

Multi illum[1] iuvenes, multae cupivēre[2] puellae;
sed fuit in tenerā[3] tam dura superbia[4] formā[5].
Nulli illum iuvenes, nullae tetigēre[6] puellae.

Adspicit hunc trepidos[7] agitantem[8] in retia[9] cervos[10]
vocalis nymphe[11],
quae nec reticere[12] loquenti
nec prior ipsa loqui didicit,
resonabilis[13] Echo.

Corpus adhuc Echo, non vox erat; et tamen usum
garrula[14] non alium, quam nunc habet, oris[15] habebat,
reddere de multis[16] ut verba novissima[18] posset.

Fecerat hoc Iuno,
quia,
cum deprendere posset[19] sub Iove saepe suo nymphas in monte iacentes[20],
illă deam longo prudens[21] sermone tenebat,
dum[22] fugerent nymphae.

Postquam hoc Saturnia[23] sensit,
“huius” **ait** “linguae[24],
qua sum delusa[25],
potestas[26] parva tibi dabitur vocisque brevissimus usus[27].”

Reque minas[28] firmat. Tantum[29] haec[30] in fine loquendi
ingeminat3[1] voces auditaque verba reportat.
Ergo ubi Narcissum per devia[32] rura[33] vagantem[34]
vidit et incaluit[35], sequitur vestigia[36] furtim;
quoque magis[37] sequitur, flamma propiore calescit[38],
non aliter quam cum summis circumlita taedis
admotas rapiunt vivacia sulphura flammas.
O quotiens voluit blandis[39] accedere dictis
et molles adhibere preces! Natura repugnat
nec sinit, <ut> incipiat[40]; sed, quod sinit[41], illa[42] parata est:
exspectare sonos[43], ad quos sua verba remittat.
Forte puer comitum seductus[45] ab agmine fido[46]
dixerat: 'Ecquis[47] adest?' et 'Adest!' responderat Echo.
Hic stupet[48], utque[49] aciem[50] partes dimittit in omnes,
voce 'Veni!' magna clamat: Vocat illa vocantem.
Respicit et rursus[51] nullo veniente 'Quid' inquit
'me fugis?' et totidem[52], quot dixit, verba recepit.
Perstat[53] et alternae[54] deceptus[55] imagine vocis
'Huc coeamus[56]' ait; *nullique libentius umquam*
responsura sono 'Coeamus!' *rettulit* Echo
et verbis favet ipsa suis[57] egressaque[58] silva
ibat, ut iniceret[59] sperato bracchia[60] collo;
ille fugit fugiensque 'Manus conplexibus[61] aufer!
ante' ait 'emoriar[62], quam sit tibi copia nostri[63]';

„und dem Laut, im Vergleich zu dem sie keinem jemals lieber antworten wird, entgegnete sie“

rettulit illa nihil nisi 'sit tibi copia nostri!'

Spreta[64] latet[65] silvis pudibundaque[66] frondibus[67] ora

protegit[68] et solis ex illo[69] vivit in antris[70];

sed tamen haeret amor crescitque dolore repulsae[71];

extenuant[72] vigiles[73] corpus miserabile curae

adducitque cutem macies[74] et in aera sucus[75]

corporis omnis abit; vox tantum atque ossa[76] supersunt:

vox manet, ossa ferunt[77] lapidis[78] traxisse[79] figuram.

inde latet silvis nulloque in monte videtur,

omnibus[80] auditur: sonus est, qui vivit in illa.